

Annales Ecclesiastici Baronii

4

CHRISTI
500.

SYMMACHI PAP.
2.

ANASTASI IMP. 106
THEODORICI REG. 8.

(a) Ennod. libel. pro Symm. t. 1. Concil. IV.

audi de his justas Ennodii querelas: qui primum excusans Theodoricum de misso Visitatore, hæc ait (a):

Supereft, ut hoc ipsum doceam in his excessibus, quod bono universitatis constat, non teneri: quia directum, non occasio nem litis, nec somitem jurgii, sed causam voluit esse concordia: prævidens, scilicet, quod nisi simplicem tutelam iufitionum suarum vallaret, cito in escam disfida toxicæ vestra subrepererent (scriptum est enim (b): Vir simplex credit omni verbo) idcirco mandati limitem fixit, quem nulla liceret transgressione violari.

Praefatum, scilicet Visitatorem, ad B. Petri Basiliacum, mox ut Romanam fuisset perductus, mandavit occurrere, Symmacho nempe, faciens de sacerdotis voto Regis imperium. Quis enim non putaret Pontificem sponte paritum in ea parte, quam licere fobi Princeps non credit, etiam si vetaret? Ibique Papan ab eo salutatum, jussit affari, ut traduceret Coepiscopis mancipia nullis subditi tormentis, seruanda profecto ad disceptationem Synodalim examinis. Et inferius: Boni enim prouidit Principis inquisitio, servilem assertionem innocentis examine non probandam. In electione enim * venerandorum Judicium ipse accusantes extra ordinem repulit, ipse ad spem retulit accusatum.

V. Visitator præterit limina Apostolorum.

Videamus tamen ista si facta sunt, si Dei inimici etiam terreni domini non fuisse, dum Christum, & Regem parili temeritate despiciunt, & unus vobis, ad utramque contumeliam ductus est criminum definitus. Antistes, ab ipso complemdæ iussionis confino oris vestri spiris abripitur, & ad incentiorum confusione aptatur. Qui paci militatus advenierat, Visitator ipse scilicet, invisis B. Apostoli liminibus, ad usum furoris vestri, jam neficii sui, advocate: illud, quod ex omnibus Orbis cardinibus devors attrabit, templum videlicet Apostoli Petri, pos-

tum in vicinitate transitur; Ecclesiarum Limina fundamentum cum adire non permittit stratura mediocris, tunc spem bonorum frumentum perdidit a radice separatus. Dictaris forsitan, Apostoli gremio * decerpit, si putatur Cœli civis terrarum locis in cludi. Tamen quamvis benedictio postenibus ubique praestetur, & exigat praesentiam martyris fides, & devote supplicantis: negari non potest, diligentia natali solo plus tribui, & maiorem affectum loca impetrare, de quibus ad superna transitus: quam fidem allegationis curationum multitudo jam praestitit, & uitius post obfitionem diabolicalam testibus iam sanatis.

Intelligis, lector, quam scite, & luculententer non adversus schismaticos tantum, quibuscum manus conferit, sed & adversus Novatores haereticos Ennodius argumentetur ex signis divinitus frequenter exhiberi solitis, tum in morbis curandis, tum in obsecsis a demonibus liberandis, jure a Fidelibus frequentari limina sanctorum Apostolorum, licet ubique locorum liberum sit unicuique eos invokeare, atque precibus frequentare? Sed pergit ipse in eadem sententia persistans: Hæc licet per Redemptorem nostrum in rō Orbe celebrentur; est tamen non modica monumenti illius per frequentiam comparata nobilitas: quia per eum, qui hominem mutavit in Angelum, illustrari potuit natura telluris. Hanc visitatori vestro inuidisti gratiam; afflantes quia errorum vestrorum sectator, esse desistet, si reverenda Confessionis * penetratia contigisset. Ecce non habetis in regia auctoritate subsidium: Ecce post caelestem commotionem iuste vos, & Principalis, quam sperni fecistis, censura percellit. Videamus si supereft aliqua de regulari propositione defenso.

Visitatores (inquit) & aliis Episcopis dedit ipse, nimirum Symmachus: & iustum est, ut facti sui lege teneatur. Non vos in

PAGIUS

Est hæc tercia Synodus Romana. Post illam legitur quarta Rusio Fausto Avieno V. C. Cons. sub die Kalendam Novembri. Sancta Synodus apud Urhem Romanum, &c. Hujus Synodi titulus est, quarta Synodus habita Roma Palmari. In Codice MS. San-Germanensi, numero XXV. tempore Caroli Magni exarato, post primam Synodum Symmachianam sequitur alia, cuius initium est Flavio Avieno V. C. Juniore sub die VIII. Idem Novemb. &c. & post nomina Episcoporum habetur: Bene quidem Fraternitas vestra, &c. post illam sequitur: Quinta Synodus habita Roma Palmari. Ejus initium est: Sancta Synodus, &c. Desunt in eo Codice alia Synodi Romane. In Codice Colbertino, qui fuit Nicolai Fabri V. C. numero 1863. Synodi Romana sub Symmacho, hoc ordine descripsit: Residente venerabili Papa Symmacho, uti Tom. IV. Concil. pagina 1312. Tum: Bene quidem fraternitas vestra, &c. ut ibidem habetur pag. 1334. Avieno Juniore V. Clas-

risimo Consule, sub die octo Id. Novembri. Deinde: Dominis sanctis & venerabilibus, &c. ut ibidem pag. 1328. postea: Cum ex diversis provinciis, ut legitur in eodem Tomo pag. 1323. Sequitur: Incipit contentio Episcoporum Rito Magno Fausto Evieno V. V. C. C. sub die Kal. Novembri. Sancta Synodus apud Urhem Romanum gloriosissimi Regis Theuderici, &c. Deinde sequitur in eodem MS. Epistola Symmachii data anno DXIII. cuius initium, dilectissimo fratri Celsio Symmachus, &c. qua integrâ recitatib; ibidem pag. 1295. Horum MSS. opera singulas Romanas sub Symmacho Papa Synodos suis anni me redditum spero.

De priori Synodo Romana anno superiori, quo ea habita, egimus. Eam Merlinus, alii que quidam Conciliorum Collectores secundam Synodus appellarent, sed evidenti errore, ut Baroni, Romana Binius, passimque alii jam viderunt. Secunda Synodi Acta, ad nos non pervenerunt; et tandem currenti tantum anno celebrata. Hæc Lay-

718

VIII.
Secunda
Synodus
Romana
hoc anno
currenti